Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67456-p0001-8

ET

ROsis,
mo a
nostra
increm
granti
Rosæ
florentissimo quoqve
nas autem illos agnol
penes Nos, gratissim
instar alios pungere,
activa, qvam vindicta
qve spinis pungentib
menti causam ad due
adeo ipsius periculo,
appellant, partes in d
eadem, vel prænunci
nus, quam digladiant
jusmodi criminis reu

BALT

& cu
f

289.

RECTOR
ET CONSILIUM PERPETUUM
ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

ROsis, gemmis hortorum fulgidissimis, hoc ipso mense & venustissimo aspectú, & svavissimo odore nos oblectantibus, non absimilis est Philyræa nostra, Valli Rosarum Elystro-Plisinæ vicinissima, sive florem ejus intemeratum, & incrementa quotidiana, quæ benedictioni divinæ devote transscribimus, sive fragrantiam famæ per Europæum orbem diffusissimam contemplemur. Sicuti vero Rosæ, ubicunqve terrarum nascantur, semper spinis veluti sunt circumseptæ: ita florentissimo quoqve huic Athenæo suæ nunquam defuerunt spinæ, imo nec adhuc desunt. Spinas autem illos agnoscimus e cœtu nostrorum Civium, qui, cum rosarum in morem efflorescere penes Nos, gratissimumqve & studiorum & morum de se spargere odorem deberent, spinarum instar alios pungere, lædere, legesqve adeo ipsis præscriptas, quibus tam omnis injuria, ut vocant, activa, qvam vindicta privata severe prohibita est, violare temere non dubitant. Et qvotusquisqve spinis pungentibus similes esse eos haud videt, qui vel ob leviculam aliquam, exiguiqve momenti causam ad duella prosiliunt illico, & punctim inter se non sine sanguinis profusione, vitæqve adeo ipsius periculo, digladiantur? Sed nec illi nobis non sunt spinæ, qui secundas, quas communiter appellant, partes in duellorum fervore obeunt, hæcqve adeo & suo loco, cum impedire potius eadem, vel prænunciare Magistratui debuissent, promotum eunt. Nam & horum actio non minus, quam digladiantium ipsorum lege qua divina qua humana illicita est atque interdicta. Cujusmodi criminis reum cum se fecerit

BALTHASAR HEINRICUS à NITSCHWIZ, Eques Variscus,

& quidem in illo duello ipso, quo alteri conflictantium mortiferum vulnus inflictum ab adversario fuerat, eundem de sententia JCtotum nostrorum, quam & nostram fecimus, in quinquennium integrum tanquam hominem spinæ similem cxesse ex hoc Musarum Gratiarumque Roseto volumus. Eidem jungimus in eadem hac tabula

JOHANNEM ENOCHUM Böhm/ *Schmeebergensem Misnicum*

Nam & hic plenus spinarum a nobis est deprehensus, idque ob sequentia petulantiæ ac pervicaciæ specimina, cœco impetu quodam hactenus, spretisque monitis omnibus ac comminationibus intra breve temporis intervallum edita. Nam primum (ut facta ejus temeraria strictim percenseamus) tres Studiosos alios, â quibus nec lacessitus fuerat, nec læsus, non verbis tantum ac verberibus importunis, sed & mox stricto gladio fuit adortus, unumque illorum non leviter semel atque iterum sauciavit. Dein cum stipulata manu in ipso Concilii loco sub pœna relegationis Magistratui suo promisisset, se neminem Studiosorum jam dictorum invadere velle amplius, ac dictis factisve lædere, post paucos tamen dies unum ex illis in via publica baculo, alterum manu, utrumqve tale qvid nihil cogitantem, percussit. Deniqve carceri inclusus non vi tantum ex illo prorupit, excessitq;, sed & iterum iterumq;, tandemqve, ut ordo judicii nostri facere nos jubebat, sub pœna apprehensionis publicæ citatus, hæc omnia tanqvam fulgura ex pelvi susqve deq; habuit. Apprehensus eqvidem cum esset, custodiæq; denuo traditus, pœnitentiã temere commissorum cœpit agere, supplicibusq; ad Nos literis, qvibus & intercessio non una accedebat, eadem deprecari. Qvandoqvidem vero pessimi exempli res visa nobis omnibus est, in spinosũ idgenus hominẽ publice haud animadvertere, ejiciendum eum saltem ad temporis aliqvod spatium ex literario hoc Roseto decrevimus, & qvidem, habita tam pœnitentiæ (utinam veræ!) qvam toties repetitæ intercessionis ratione, ad unum duntaxat annum, qvi plurium alias annorum exterminationẽ de jure stricto promeruerat. Tu itaqve

BALTHASAR HEINRICE à NITSCHWITZ

ad qvinqvennium integrum.

Et Tu *JOHANNES ENOCH* Böhm

ad unum annum abeste â Rosis nostris, abeste, inqvam, nec nisi elapso hoc tempore vobis præfinito, spinosisq; moribus illis, qvos notavimus, depositis ad Rosaria nostra revertimini. Rosas enim desideramus amabiles ac svaveolentes, non spinas aculeatas, & accedentibus qvibusqve ictus & vulnera intentantes, P. P. Lipsiæ d. XXIV. Junii Ao. Ær. Chr. cIↃ IↃc LXXXIIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67456-p0003-9

57

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67456-p0004-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67456-p0005-0

58

1711.

36

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67456-p0006-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67456-p0007-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67456-p0008-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67456-p0009-6

Yc 6897
2°

ULB Halle 3
002 690 918

56.

VD17

m. 6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67456-p0010-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67456-p0011-4

RECTOR
ET CONSILIUM PERPETUUM
ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Osis, gemmis hortorum fulgidissimis, hoc ipso mense & venustissimo aspectú, & svavissimo odore nos oblectantibus, non absimilis est Philyræa florentissim[illegible]eratum,& nas autem i[illegible]s, sive fra- penes Nos, [illegible] Sicuti vero instar alios p[illegible]septæ: ita [illegible]unt. Spi- [illegible]florescere [illegible], spinarum [illegible]ut vocant, activa, qvam vindicta privata severe prohibita est, violare temere non dubitant. Et qvotusquisqve spinis pungentibus similes esse eos haud videt, qui vel ob leviculam aliquam, exiguiqve momenti causam ad duella prosiliunt illico, & punctim inter se non sine sanguinis profusione, vitæqve adeo ipsius periculo, digladiantur? Sed nec illi nobis non sunt spinæ, qui secundas, quas communiter appellant, partes in duellorum fervore obeunt, hæcqve adeo & suo loco, cum impedire potius eadem, vel prænunciare Magistratui debuissent, promotum eunt. Nam & horum actio non minus, quam digladiantium ipsorum lege qua divina qua humana illicita est atque interdicta. Cujusmodi criminis reum cum se fecerit

BALTHASAR HEINRICUS à NITSCHWIZ, Eques Variscus,

& quidem in illo duello ipso, quo alteri conflictantium mortiferum vulnus inflictum ab adversario fuerat, eundem de sententia JCtotum nostrorum, quam & nostram fecimus, in quinquennium integrum tanquam hominem spinæ similem cxesse ex hoc Musarum Gratiarumque Roseto volumus. Eidem jungimus in eadem hac tabula

JOHANNEM ENOCHUM Böhm/ *Schneebergensem Misnicum*

Nam & hic plenus spinarum a nobis est deprehensus, idque ob sequentia petulantiæ ac pervicaciæ specimina, cœco impetu quodam hactenus, spretisque monitis omnibus ac comminationibus intra breve temporis intervallum edita. Nam primum (ut facta ejus temeraria strictim percenseamus) tres Studiosos alios, â quibus nec lacessitus fuerat, nec læsus, non verbis tantum ac verberibus importunis, sed & mox stricto gladio fuit adortus, unumque illorum non leviter semel atque iterum lauciavit. Dein cum stipulata manu in ipso Concilii loco sub pœna relegationis Magistratui suo promisisset, se neminem Studiosorum jam dictorum invadere velle amplius, ac dictis factisve lædere, post paucos tamen dies unum ex illis in via publica baculo, alterum manu, utrumqve tale qvid nihil cogitantem, percussit. Deniqve carceri inclusus non vi tantum ex illo prorupit, excessitq;, sed & iterum iterumq;, tandemqve, ut ordo judicii nostri facere nos jubebat, sub pœna apprehensionis publicæ citatus, hæc omnia tanqvam fulgura ex pelvi susqve deq; habuit. Apprehensus eqvidem cum esset, custodiæq; denuo traditus, pœnitentiã temere commissorum cœpit agere, supplicibusq; ad Nos literis, qvibus & intercessio non una accedebat, eadem deprecari. Qvandoqvidem vero pessimi exempli res visa nobis omnibus est, in spinosũ idgenus hominẽ publice haud animadvertere, ejiciendum eum saltem ad temporis aliqvod spatium ex literario hoc Roseto decrevimus, & qvidem, habita tam pœnitentiæ (utinam veræ!) qvam toties repetitæ intercessionis ratione, ad unum duntaxat annum, qvi plurium alias annorum exterminationẽ de jure stricto promeruerat. Tu itaqve

BALTHASAR HEINRICE à NITSCHWITZ

ad qvinqvennium integrum.

Et Tu *JOHANNES ENOCH* Böhm

ad unum annum abeste â Rosis nostris, abeste, inqvam, nec nisi elapso hoc tempore vobis præfinito, spinosisq; moribus illis, qvos notavimus, depositis ad Rosaria nostra revertimini. Rosas enim desideramus amabiles ac svaveolentes, non spinas aculeatas, & accedentibus qvibusqve ictus & vulnera intentantes, P. P. Lipsiæ d. XXIV. Junii Ao. Ær. Chr. cIↃ IↃc LXXXIIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67456-p0012-9